MANUA
DIVINU



Manuale diuinū ex ſa-
crarū litterarū viri
dario delectum
in quo conti-
nentur.

Supercelestes diui apoſtoli Pauli epiſtole.

Canonice epiſtole ſanctorū apoſtolorū Jacobi. Petri Joānis ꝛ Thadei cū ſūmarijs capitum ſingulorū.

Epiſtole aplī Pauli ad Senecā: ꝛ eiuſdē ad Paulū.

Auree quedā omelie ſancti Joannis Criſoſtomi de laudibus ꝛ excellentia diui apoſtoli Pauli.

Sancti Damaſi Pape carmina de triūphis eiuſdē Apoſtoli.

Officiolum quotidianum ipſius ſancti Pauli.

Tabula repertoria omnium epiſtolarū que per anni circuitum in eccleſia leguntur/que omnes hic inſerte ſunt.

Ad lectorẽ epl'a.

Quemadmodũ btũs Auguſtinus ex elegãtiorib⁹
dictis ſctõꝝ patrũ: breue ĩ manuale verbũ de deo
ſecũ iugiter hr̃e ſtuduit: ex cuius lectionis igne quotiens
tepeſcebat in ſanctũ dei accenderetur amorẽ: Sic quẽli-
bet proprie memorẽ ſalutis facere operepreciũ eſt. Quare
cũ totius diuine ſcripture volumẽ integrũ pre ſui magni
tudine mecũ comode ferre nõ poſſem ex ipſo delegi mihi
⁊ cõſimilibus pro manuali et breuiſſimo ⁊ longiſſimo ſa-
cras in primis et ſuperceleſtes diui Apl'i Pauli epiſtolas
diuinitus potius: q̃ꝫ humanitus editas vt pote ab illo q
ſapientiã et medullã ſecretoꝝ ſenſuũ nõ a primo aut ſe-
cundo: Sed a tertio celo largiter aſportauit in quib⁹ fere
tota ſalutaris theologie cõtinetur doctrina. Sacro ſctãs
inſuper alioꝝ apl'oꝝ epl'as vere canonicas. i. humanam
vitam ſanctiſſime regulantes excerpſi. His addere cura-
ui celeſtis Apl'i Pauli epiſtolas ad Senecã: ⁊ eiuſdẽ ad
Paulũ: atq; aureas nõnullas Criſoſtomi omelias de lau
dibus Pauli: nec nõ ⁊ deuotiſſimum ipſius Apli quoti-
dianum officium.

Oro itaq; te lector ch ꝛiſſime inter hec viuere: hec medi-
tari: quoꝝ ſtudio carnis vitia nõ amabis: Sed a diuina
ipſe amaberis Sapientia. Hec te erigent in aduerſis in
proſperis deprimẽt ⁊ via Regia incedenti tutũ preſta-
bũt vtrobiq; ducatũ. Nihil ſane in hac vita dulcius ſen
titur: nihil ita mentẽ ab amore mũdi ſeparat: nihil ſic ani
mũ cõtra temptationes roborat: nihil ita hoiem excitat
⁊ adiuuat ſicut haꝝ lectio reꝝ. Poſtremo ſenties mirabi
le glorioſiſſimi Pauli auxiliũ: qui ardentiſſimus animaꝝ
zelator in Xp̃o omnia potens incredibili charitate epl'is
ſuis ac laudibus incũbentes fouet: tuetur: dirigit ac per-
ducit quo ipſe prouenit beatus. Vale ⁊ mecum poſt illi⁹
odorem currere contende.

Incipit prefatio ſancti Hieronymi pſbyteri in omnes epiſtolas ſancti Pauli.

PRimuz querit: quare poſt euangelia q̄ ſupplemētū legis ſunt ⁊ in quibus nobis exēpla et p̄cepta viuendi pleniſſime digeſta ſunt: voluerit apl's has epiſtolas ad ſingulas eccleſias deſtinare. Hac aūt cā factū vr vt. ſ. initia naſcētis eccleſie nouis cauſis exiſtētibus preueniret et vt p̄ſentia atq3 orīētia reſecaret vitia: ⁊ poſt futuras excluderet q̄ōnes: exēplo prophetaꝝ qui poſt editā legē moyſi in qua oīa dei mandata legebant: nihilominus tū doctrina ſua rediuiua ſemp populi ꝯpreſſere peccata: ⁊ propter exēplū viuendi libros ad noſtrā ēt memoriā tranſmiſerūt. Deinde querit. Cur nō ampli⁹ q̄3 decē epiſtolas ad eccl'ias ſcripſerit. Decem ſunt.n.cū ea que dr ad hebreos. Naz relique quattuor ad diſcipulos ſpecialit ſunt porrecte. Ut oñdēt nouū nō diſcrepare a veteri teſtamento: ⁊ ſe ꝯtra legē nō facere moyſi ad numeꝝ primoꝝ decalogi mandatoꝝ ſuas epl'as deſtinauit: et quot ille p̄ceptis a pharaone inſtituit liberatos: totidem hic epl'is a diaboli ⁊ idolatrie ſuitute edocet acquiſitos. Nā et duas tabulas lapideas duoꝝ teſtamentoꝝ figurā habuiſſe viri eruditiſſimi tradiderūt. Epl'az ſane que ad hebreos ſcribit quidam pauli nō eē cōtendūt: eo q̄ nō ſit eius noīe titulata: et ꝓpter ſmonis ſtiliq3 diſtantiā: ſed aut barnabe iuxta tertullianuz: aut luce iuxta quoſdaz: vel certe elemētis diſcipuli apoſtoloꝝ ⁊ epi romane eccleſie poſt apl'os ordinati. Quib⁹ rñdēdū eſt: ſi propterea pauli nō erit: q2 eius nō h3 nomen: ergo nec alicuius erit: q2 nullius noīe titulat. Qđ ſi inconueniens abſurdūq3 eſt: ipſius magis eſſe credenda ē: que tāto doctrine ſue fulget eloquio. Sed qm̄ apud hebreoꝝ eccleſias q̄ſi deſtructor legis falſa ſuſpitiōe habebat: voluit tacito noīe de figuris legis ⁊ veritate chriſti reddere rationē: ne odiuz noīs in fronte ptitulati vtilitatē excluderet lectionis. Nō eſt ſane mirꝝ ſi eloquētior videat in proprio. i. hebreo q̄3 in peregrino. i. i greco quo cetere epl'e ſunt ſcripte ſmone. Mouet ēt quoſdā q̄re romanoꝝ epl'a in primo ſit poſita: cū eā nō primo ſcriptā ratio manifeſtet. Nā hāc ſe pficiſcentē hieroſolymā ſcripſiſſe teſtat cum corinthios ⁊ alios iam ante vt miniſteriū qđ ſecū portaturus erat colligerent: lr̄is adhortatus ſit. Unde ⁊ in-

telligi quidā volunt ita oēs
epl'as ordinatas: vt prima
poneret̄ q̄uis posterior fue-
rit destinata vt per ſingulas
epl'as gradib⁹ ad pfectiora
veniretur. Romanoꝝ nāq;
pleriq; tā rudes erāt: vt nō
intelligerent dei ſe grā ⁊ nō
ſuis meritis eſſe ſaluatos: ⁊
ob hoc duo inter ſe ppl'i cō
flictarēt. Idcirco illos indi
gere aſſerit corrigi: vitia gē-
tilitatis priora ꝯmemorās.
Corinthijs aūt iā dicit ſcie
gratiā eſſe ꝯceſſam: ⁊ nō tā
oēs increpat q̄ cur peccan-
tes nō increpauerūt: repre-
.1.Cor.5.a. hendit: ſicut ait. Audit̄ in-
ter vos fornicatio. Et iteꝝ.
Ibidem.b. Cōgregatis vobis cū meo
ſpū: tradere huiuſmodi ſa-
thane. In ſecūda v̄o laudā
tur: ⁊ vt magis ac magis
proficiant cōmonent̄. Ga-
lathe v̄o iā nullius criminis
arguunt̄: niſi hoc tm̄ q̄ cal
lidiſſimis pſeudo apl'is cre-
diderūt. Epheſei ſane nulla
reprehēſione: ſed multa lau
de ſunt digni: q2 fidē aplicā
ſeruauerūt. Philippēſes ēt
multo magis collaudant̄ q
nec audire qdē falſos apo-
ſtolos voluerūt. Teſſaloni
cenſes nihilominus in dua
bus epl'is oī laude pſequit̄:
.1.Teſ.2.c. Eo q̄ nō ſolū fidē incon-
cuſſam ſeruauerint v̄itatis:
ſed etiā in perſecutiōe ciuiū
fuerint ꝯſtātes inuēti. Col-
loſſenſes aūt tales erant vt
cū ab apl'o viſi corporaliter
nō fuiſſent hac laude digni
haberent̄. Et ſi corpore in- Colo.2.a.
quit abſens ſum: ſed ſpiritu
vobiſcū ſum gaudens ⁊ vi
dens ordinē veſtrū. De he-
breis vero quid dicēdū eſt?
quoꝝ theſſalonicenſes qui
plurimū laudati ſunt imita
tores facti eſſe dicunt̄. Sic
ipſe ait. Et vos fratres imi- .1.Teſ.2.c.
tatores facti eſtis eccleſiarū
dei q̄ ſunt in iudea. Eadem
enim paſſi eſtis ⁊ vos a cō
tribulibus v̄ris: q̄ ⁊ illi a iu
deis. Apud ipſos quoq; he
breos eadē cōmemorat di-
cens. Nā ⁊ vinctis cōpaſſi Heb.10.f.
eſtis: ⁊ rapinā bonoꝝ v̄roꝝ
cum gaudio ſuſcepiſtis co-
gnoſcentes vos hře melio-
rē ⁊ manentē ſubſtantiā.

Incipit prologus ſpecia
lis i epiſtolā ad romanos.

Romani ſūt qui ex iu-
deis ⁊ gentib⁹ credi-
derūt. Hi ſuperba ꝯtentiōe
volebant ſe alterutrū ſuper
ponere. Nā iudei dicebāt.
Nos ſumus populus dei
quos ab initio dilexit ⁊ fo-
uit: nos circūciſi ex genere
abraā ſancta deſcendim⁹ ex
ſtirpe ⁊ not⁹ retro apud iu-
deā tm̄ deus. Nos de egy-
pto ſignis dei ⁊ virtutib⁹ li-
berati: mare ſicco pertranſi
uim⁹ pede: cū inimicos no
ſtros grauiſſimi fluctus in-
uoluerēt. Nobis pluit mā-
na dn̄s i deſerto: ⁊ q̄ſi filijs

ſuis celeſte pabulū miniſtra
uit. Nos die noctuqꝫ in co
lūna nubis igniſqꝫ pceſſit:
vt nobis in inuio iter oñdē
ret. Atqꝫ: vt cetera eius cir-
ca nos immēſa beneficia ta
ceamus: nos ſoli digni fui-
mus dei legē accipere: ꝛ vo
cē dei loquētꝫ audire eiuſqꝫ
cognoſcere voluntatē. In
qua lege nobis ꝑmiſſus eſt
xp̄s: ad quos etiā ipſe ſe ve
Mat.15.c. niſſe teſtatus eſt dicens: nō
veni niſi ad oues q̄ perierāt
domus iſrael: cū vos canes
potius q̄ hoīes appellaue-
rit. Equū ne ergo ē vt ido-
la hodie deſerētes qbus ab
initio deſeruiſtis nobis cō-
paremini: ꝛ nō poti⁹ in pro
ſelitoꝝ locū ex legis aucto-
ritate ꝛ ꝯſuetudine depute-
mini? Et hoc ipſum nō me
rebamini: niſi qꝛ larga ſemꝑ
dei clementia voluit vos ad
noſtrā imitationē admitte-
re. Gentes ēt ecōtrario rñ-
debāt. Quanto.n. maiora
erga vos dei bñficia narra-
ueritis: tanto maioris vos
eris reos eē monſtrabitis.
Semꝑ.n. his oībus extiti-
Exo.14.g. ſtis ingrati. Nā ipſis pedi-
bus qbus aridū mare trāſi-
ſtis: ludebatis ante idola q̄
feciſtis: ꝛ ipſo ore quo pau-
loante ob necē aduerſarioꝝ
dño cantauerat ſimulacra
vobis fieri popoſcitis: illis
oculis qb⁹ venerando deū
in nube vel igne conſpicere
ſolebatis: ſimulacra īuteba
mini. Māna quoqꝫ vobis
faſtidio fuit: ꝛ ſemꝑ in deſer
to cōtra dñm murmuraſtis
ad egyptū vñ vos māu va
lida eiecerat redire cupiētes.
Quid plura? Ita pſes vñi Nu.14.d.
crebra ꝓuocatione dñm irri
tauerunt vt oēs in heremo
morerent: nec plus ex ſenio
ribus eoꝝ q̄ duo hoīes ter
rā repromiſſionis intrarēt.
Sꝫ qd antiqua replicam⁹:
cū etiā ſi illa minime feciſſe-
tis de h ſolo nemo vos di-
gnos venia iudicaret q dñꝫ
xp̄m ꝓphetaꝝ ſemꝑ vobis
vocib⁹ repromiſſum nō ſo-
lū ſuſcipere noluiſtis: ſꝫ ēt
morte peſſima peremiſtis?
Quē vt nos cognouim⁹ ſta
tim credidim⁹ cū nobis de
eo antea nō fuerit p̄dicatū.
Vñ ꝓbat q idolis ſeruim⁹
nō obſtinationi mentis: ſed
ignorātie deputandū. Qui
.n. cognitū ilico ſequimur:
olim vtiqꝫ ſequeremur ſi an
tea cognouiſſem⁹. Sic aūt
vos de generis nobilitate ia
ctatis quaſi nō moꝝ imita
tio magis q̄ carnalis nati-
uitas filios vos faciat eſſe
ſanctoꝝ. Deniqꝫ eſau ꝛ hyſ
mael cū de ſtirpe ſint abrae
minime tñ in filijs reputāt.
His taliter altercātib⁹: ap̄ls
ſe medium interponens ita
partiū dirimit q̄ones vt neu
trū eoꝝ ſua iuſticia ſalutem
meruiſſe confirmet: ambos

ỽo populos ⁊ ſcient̄ ⁊ gra-
uiter deliquiſſe. Judeos q-
dē ꝙ per preuaricationē le-
gis deū inhonorauerint: gē
tes ỽo ꝙ cū cognitū de crea
tura creatorē vt deū debue
rint venerari: gloriā eius in
manufacta mutauerint ſi-
mulacra. Uiroſq3 ēt ſimili
ter veniā conſecutos: eq̄les
eſſe veriſſima rōne demon-
ſtrat: preſertim cū in eadem
lege predictū ſit ⁊ iudeos ⁊
gentes ad chriſti fidē vocā-
dos eſſe oñdat. Quāobrem
viciſſim eos humilians ad
pacē ⁊ cōcordiā cohortat̄.
¶ Explicit prologus. Inci
pit argumentum.

Romani ſunt partis
italie. Hi preuēti ſūt
a falſis apoſtolis: ⁊ ſub no
mine dñi noſtri ieſu xp̄i in
legē ⁊ ꝓphetas erant indu-
cti. Hos reuocat apoſtolus
ad verā ⁊ euangelicā fidem
ſcribens eis a corintho.
¶ Explicit argumentum.
Sumariū cap. ſeq̄n. Oñdit
apoſtolus charitatē ſe hr̄e
ad romanos ac deinde vi-
tia eoꝝ redarguit q2 ſequū-
tur deſidera ſua.
¶ Incipit epiſtola btī pauli
apl̄i ad Romanos. Cap. i.
A Paulus ſeruus ieſu
chriſti vocat⁹ apl̄s:
ſegregat⁹ in euāge-
liū dei qđ añ ꝓmi-
ſerat ꝑ ꝓphas ſuos
in ſcripturis ſanctis de filio
ſuo qui factus eſt ei ex ſemi-
ne dauid ſm carnē: q̄ prede
ſtinatus eſt filius dei in ỽtu
te ſm ſp̄m ſanctificatiōis ex
reſurrectione mortuoꝝ ieſu
xp̄i dñi nr̄i: per quē accepi-
mus gr̄am ⁊ apl̄atū ad obe
diēdū fidei in oībus gētib⁹
pro noīe ei⁹ i qb⁹ eſtis ⁊ vos
vocati ieſu xp̄i: oīb⁹ q ſunt
Rome dilectis dei vocatis
ſanctis: Gr̄a vobis ⁊ pax a .2. Tim. i. a.
deo pr̄e ⁊ dño nr̄o ieſu xp̄o.
Primū qdē gr̄as ago deo
meo per ieſu3 xp̄m pro oīb⁹
vobis: q2 fides vr̄a annun-
ciat̄ in vniuerſo mūdo. Te-
ſtis. n. mihi eſt deus cui ſer-
uio in ſpū meo in euāgelio
filij eius: ꝙ ſine intermiſſio B
ne memoriā vr̄i facio ſemꝑ
in orōnib⁹ meis: obſecrans
ſi quo mō tandē aliqñ pro-
ſpeꝝ iter habeā in volūtate
dei veniēdi ad vos. Deſide
ro. n. videre vos vt aliquid
impartiar vobis gr̄e ſpirita-
lis ad cōfirmandos vos. i.
ſimul cōſolari in vobis ꝑ eā
q̄ inuicē eſt fidē vr̄am atq3
meā. Nolo aūt vos ignora
re fr̄es: q2 ſepe ꝓpoſui veni
re ad vos: ⁊ ꝓhibitus ſum
vſq3 adhuc: vt aliquē fru-
ctū habeā in vobis ſicut ⁊
in ceteris gētib⁹. Grecis ac
barbaris: ſapientib⁹ ⁊ inſi-
pientib⁹ debitor ſum: itaq3
qđ in me promptū eſt ⁊ vo
bis q rome eſtis euangeliza Abac. 2. a.
re. Nō. n. erubeſco euāge- Heb. 10. g.

liū. Uirtꝰ.n.dei eſt in ſalu⸗
tē oī credenti: iudeo ꝑimū
⁊ greco. Juſticia.n.dei ī eo
reuelat̄ ex fide in fidē: ſicut
ſcriptū eſt. Juſtus autē ex
fide viuit. Reuelatur.n.ira
dei de celo ſuꝑ oēm impieta
tē ⁊ iniuſticiā hoīum eoꝝ q
veritatē dei in iniuſticia de⸗
tinēt: qꝛ qȯ notū eſt dei: ma
C nifeſtū eſt in illis. Deꝰ.n.il⸗
lis manifeſtauit. Jnuiſibi⸗
lia.n. ipſiꝰ a creatura mūdi
per ea q̄ facta ſunt ītellecta
ꝯſpiciunt: ſempit̄na quoqꝫ
eius vtꝰ ⁊ diuinitas: ita vt
ſint inexcuſabiles. Quia cū
cognouiſſent deū: nō ſicut
deū glorificauerūt aut grās
egerūt: ſed euanuerūt in co
gitationibꝰ ſuis: ⁊ obſcura⸗
[...]Cor.3.d. tū eſt inſipiēs cor eorū. Di⸗
[...]he.4.d. cētes.n.ſe eē ſapiētes: ſtulti
facti ſunt. Et mutauerunt
gloriā īcorruptibilis dei in
ſimilitudinē imaginis cor⸗
ruptibilis hoīs: ⁊ volucrū
⁊ q̄drupedū ⁊ ſerpentium.
Propter qȯ tradidit illos
deus in deſideria cordis eo
rū in īmundiciā: vt ꝯtume
lijs afficiāt corpora ſua in
ſemetipſis. Quia cōmuta⸗
uerūt veritatē dei in menda
ciū: ⁊ coluerūt ⁊ ſeruierunt
creature potius q̄ꝫ creatori:
.9.a. q eſt bn̄dictꝰ in ſecula amē.
Propterea tradidit illoſ ds
D in paſſiōes ignominie. Nā
femine eoꝝ īmutauerūt na⸗
turalē vſum in eū vſum q
eſt ꝫ naturā. Siļr aūt ⁊ ma
ſculi relicto naturali vſu fe⸗
mine: exarſerūt in deſiderijs
ſuis in inuicē: maſculi ī ma
ſculos turpitudinē opātes
⁊ mercedē quā oportuit er⸗
roris ſui in ſemetipſis reci⸗
pientes. Et ſicut nō ꝓbaue
rūt deū hēre in noticia: tra⸗
didit illos deꝰ in reprobum
ſenſum vt faciāt ea q̄ nō cō
ueniūt: repletos oī iniqtate
malicia: fornicatiōe: auari⸗
cia: neqcia: plenos inuidia:
homicidijs: ꝯtētiōe: dolo:
malignitate: ſuſurrōes: de⸗
tractores: deo odibiles: cō
tumelioſos: ſuꝑbos: elatos
inuentores maloꝝ: parēti⸗
bus nō obediētes: inſipien⸗
tes: incōpoſitos: ſine affe⸗
ctiōe: abſqꝫ federe: ſine miſi
cordia. Qui cū iuſticiaꝫ dei
cognouiſſent: nō intellexe⸗
rūt: qm̄ q talia agūt: digni
ſunt morte: nō ſolū qui ea
faciunt: ſed etiā qui conſen
tiunt facientibꝰ.

C.ſe. Redarguit apoſto
lus vitia iudeoꝝ: dicēs eos
in culpa gentilibus ſimiles
quo ad aliquid peiores. 2

PRopter qȯ inexcuſa
bilis es o hō oīs q iu A
dicas. Jn quo.n.alteꝝ iu⸗ Mat.7.a.
dicas teipm̄ ꝯdēnas. Eadē
.n. agis q̄ iudicas. Scimus
.n. qm̄ iudiciū dei eſt ſm̄ vi
tatē in eos q talia agūt. Exi
ſtimas aūt hoc o hō q iudi⸗
cas eos q talia agūt ⁊ facis

ea: quia tu effugies iudiciũ
dei? An diuitias bonitatis
ei⁹ ⁊ patiẽtie ⁊ longanimita
tis ↄtẽnis? Ignoras qm̃ be
nignitas dei ad pniaꝫ te ad
ducit? Secũdũ aũt duriciã
tuã ⁊ impenitẽs cor theſau
rizas tibi irã in die ire ⁊ re-
uelationis iuſti iudicij dei q
reddet vnicuiqꝫ ſm opa ei⁹.
Mat. 16. d. His qdẽ q ſm patiẽtiã boni
B opis gloriã ⁊ honorẽ ⁊ in-
corruptionẽ querẽtib⁹ vitã
eternã. His ãt q ſunt ex cõ
tentiõe ⁊ q nõ acqeſcũt vita
ti credũt aũt iniqtati: ira ⁊
indignatio: tribulatio ⁊ an
guſtia: in omnẽ aiam hoĩs
opantis malũ: iudei primũ
⁊ greci. Gloria ãt ⁊ honor
⁊ pax oĩ opãti bonũ: iudeo
Ephe. 6. b. primũ ⁊ greco. Non. n. eſt
Col. 3. d. acceptio pſonaꝝ apud deũ.
Act. 10. f. Quicũqꝫ. n. ſine lege pecca
Jaco. 2. b. uerũt: ſine lege pibũt. Et q-
. 1. Pe. 1. c. cũqꝫ in lege peccauerũt per
Mat. 7. c. legẽ iudicabunt. Non. n.
Jaco. 1. d. auditores legis iuſti ſũt apd
C deũ: ſed factores legis iuſti
ficabunt. Cũ. n. gẽtes q̃ le-
gẽ nõ hñt naturaliter ea q̃
legis ſunt faciunt eiuſmodi
legẽ nõ hñtes ipſi ſibi ſunt
lex: q oñdũt opus legis ſcri
ptũ in cordib⁹ ſuis teſtimo-
niũ reddẽte illis ↄſcia ipoꝝ
⁊ inter ſe inuicẽ cogitatio-
nũ accuſantiũ aut ẽt defen
dentiũ: in die cuꝫ iudicabit
deus occulta hoĩum ſm euã
geliũ meũ p ieſum xpm. Si

aũt tu iude⁹ cognominaris
⁊ requeſcis in lege: ⁊ gl'iaris
in deo: ⁊ noſti volũtatẽ ei⁹:
⁊ pbas vtiliora inſtruct⁹ p
legẽ: ↄfidis teipm eſſe ducẽ
cecoꝝ: lumẽ eoꝝ q in tene-
bris ſunt: eruditorẽ inſipiẽ
tiũ: magrm infantiũ: hñteꝫ
formã ſcie ⁊ vitatis in lege.
Qui ergo aliũ doces teipm
nõ doces. Qui pdicas non
furandũ furaris. Qui dicis
non mechandũ mecharis.
Qui abominaris idola: ſa-
crilegiuꝫ facis. Qui in lege D
gl'iaris: per preuaricationeꝫ
legis deũ inhonoras. No- Ezech. 36. [illegible]
mẽ enim dei p vos blaſphe
mat iter gẽtes: ſicut ſcriptũ
eſt. Circũciſio qdẽ pdeſt ſi le
gẽ obſues: ſi ãt puaricator
legis ſis circũciſio tua ppu-
tiũ facta eſt. Si igit pputiũ
iuſticias legis cuſtodiat: nõ
ne pputiũ illi⁹ in circũciſio-
nẽ reputabit? Et iudicabit
id qd ex nã eſt pputiũ legeꝫ
cõſummãs te: qui p lram et
circunciſionẽ puaricator le-
gis es. Nõ. n. q manifeſto
iudeus eſt neqꝫ q̃ in manife
ſto ĩ carne ẽ circũciſio: ſꝫ q ĩ
abſcõdito iude⁹ ẽ: ⁊ circũci-
ſio cordis ĩ ſpũ nõ lra cui⁹
la⁹ nõ ex hoib⁹ ſꝫ ex deo ẽ.
C. C. ſe. Oñdũt ĩ quo iudei
erãt gẽtib⁹ meliores pbans
tã gentiles q̃ iudeos indi-
gere gratia xpi. 3
Q Uid ergo amplius [illegible] A
deo eſt: aut q̃ [illegible]

circũciſionis? Multũ ꝑ oẽs
modũ. Primũ qdẽ qꝛ credi
ta ſũt illis eloqa dei. Quid
.n. ſi qdá illoꝝ nõ credide-
rũt? Nũqd incredulitas il-
loꝝ fidẽ dei euacuauit? Ab
).3.d. ſit. Eſt aũt deus verax: oĩs
8.c. aũt hõ mẽdax: ſicut ſcriptũ
ẽ.115. eſt: vt iuſtificeris i ſmonib⁹
ẽ.50. tuis ⁊ vincas cũ iudicaris.
Si aũt iniqtas nſa iuſticiaꝫ
dei cõmẽdat: qd dicemus?
Nũqd iniquus eſt de⁹ q in-
fert irá? Scdm hoies dico.
B Abſit. Alioqn quõ iudica-
bit de⁹ hũc mundũ? Si.n.
veritas dei in meo mẽdacio
abũdauit in gloriá ipſi⁹: qd
adhuc ⁊ ego táq̃ pctõꝛ iu-
dicoꝛ: ⁊ non ſicut blaſphe-
mamur: ⁊ ſicut aiunt quidá
nos dicere: faciam⁹ mala vt
veniant bona? Quoꝝ dána
tio iuſta ẽ. Quid ergo? Pre
cellim⁹ eos? Nequaq̃. Cau
ſati.n. ſum⁹ iudeos ⁊ gre-
cos ⁊ oẽs ſub pctõ eẽ: ſicut
ẽ.13. ſcriptũ ẽ. Quia nõ eſt iuſt⁹
52. qſq̃: nõ eſt intelligẽs: nõ eſt
reqrẽs deũ. Oẽs declinaue
rũt ſimul: inutiles facti ſũt:
nõ eſt q faciat bonũ: nõ eſt
ẽ.5.⁊.13. vſq̃ ad vnũ. Sepulchꝛum
patẽs eſt guttur eoꝝ: lĩguis
ſuis doloſe agebát: venenũ
aſpidũ ſub labijs eoꝝ. Quo
C rũ os maledictiõe ⁊ amari-
tudine plenũ eſt: veloces pe
des eoꝝ ad effundẽdũ ſan-
guinẽ. Cõtritio ⁊ ifelicitas
in vijs eoꝝ: ⁊ viá pacis nõ

cognouerunt: nõ eſt timoꝛ
dei añ oculos eoꝝ. Scim⁹
aũt qm̃ quecunq̃ lex loquit̃
his qui in lege ſunt loquit̃.
Vt oẽ os obſtruat̃ ⁊ ſubdi-
tus fiat oĩs mũdus deo: qꝛ Gal.2.d.
ex opib⁹ legis nõ iuſtificabit̃
oĩs caro corá illo. Per le-
gẽ.n. cognitio pctĩ. Nunc
aũt ſine lege iuſticia dei ma
nifeſtata eſt: teſtificata a lege
⁊ pphetis. Juſticia aũt dei
per fidẽ ieſu xpi in oẽs ⁊ ſup
oẽs qui credũt in eũ. Non
enim eſt diſtinctio. Oẽs.n.
peccauerũt: ⁊ egẽt glĩa dei.
Juſtificati grat꜕ ꝑ grãꝫ ipſi⁹
per redẽptionẽ q̃ eſt in xpo
ieſu: quẽ ꝓpoſuit de⁹ ꝓpiti-
atoꝛẽ ꝑ fidẽ i ſanguine ipſi⁹
ad oſtenſionẽ iuſticie ſue ꝑꝑ
remiſſionẽ pcedẽtiũ delicto
rũ i ſuſtẽtatiõe dei ad oñſio
nẽ iuſticie ei⁹ in hoc tpe: vt
ſit ipſe iuſtus ⁊ iuſtificás eũ
qui ex fide eſt ieſu xpi. Vbi ẽ
ergo gloꝛiatio tua? Excluſa
eſt. Per quá legẽ. Factoꝝ.
Nõ. Sꝫ ꝑ legẽ fidei. Arbi-
tramur.n. iuſtificari hoiẽꝫ ꝑ
fidẽ ſine opib⁹ legis. An iu-
deoꝝ de⁹ tm̃? Nõne ⁊ gen
tiũ? Jmmo ⁊ gẽtiũ. Qm̃ q
dẽ vn⁹ eſt de⁹ q iuſtificat cir
cũciſionẽ ex fide: ⁊ ꝑputiũ ꝑ
fidẽ. Legẽ ergo dſtruim⁹ ꝑ fi
dẽ? Abſit. Sꝫ legẽ ſtatuim⁹
¶ Cap. ſeq. Declarat apl̃s
per exẽplũ habꝛae fidẽ reqre
ad ſalutẽ: ⁊ legẽ veterẽ ad ſa
lutẽ nõ ſufficere.

Quid ergo dicem⁹ in
uenisse abraā patrez
noſtrū ſm carnē? Si enim
abraā ex opib⁹ legis iuſtifica
tus ē: hʒ gloriā: ſed nō apō
deū. Quid. n. dicit ſcriptu-
Gen̄.15.b. ra. Credidit abraā deo: ⁊ re
Gal.3.a. putatū eſt illi ad iuſticiā. Ei
Jaco.2.d. aūt qui opaᷓ merces nō īpu
taᷓ ſm gr̄az: ſed ſm debitū.
Ei vō qui nō opaᷓ: credenti
aūt in eū qui iuſtificat īpiū:
reputaᷓ fides ei⁹ ad iuſticiaz
ſm ꝓpoſitū gr̄e dei: ſicut ⁊
dauid dic̄ beatitudinē hoīs
cui de⁹ accepto fert iuſticiā
Ps̄.31. ſine opib⁹. Beati quoꝝ re-
miſſe ſūt iniq̄tates: ⁊ quoꝝ
tecta ſunt pctā. Beatus vir
cui nō īputabit dn̄s pctm̄.
B Beatitudo ergo hec in cir-
cūciſione tm̄ manet: an etiā
in ꝑputio? Dicim⁹. n. q2 re-
putata eſt fides abrae ad iu
ſtitiā. Quō ergo reputata ē?
In circūciſione: an in ꝑpu
tio? Nō in circūciſione: ſed
in ꝑputio. Et ſignū accepit
circūciſionis ſignaculū iuſti
cie fidei q̄ eſt ī ꝑputio: vt ſit
pr̄ oīum credētiū ꝑ ꝑputiū:
vt reputeᷓ ⁊ illis ad iuſticiā.
Et ſic pr̄ circūciſiōis: nō his
tm̄ qui ſunt ex circūciſiōe ſʒ
⁊ his qui ſectanᷓ veſtigia fi
dei q̄ eſt in preputio pr̄is nr̄i
C abrae. Nō. n. ꝑ legē ꝓmiſ-
ſio abrae aut ſemini eius vt
heres eēt mundi: ſed ꝑ iuſti
ciā fidei. Si. n. q ex lege hē
des ſunt: exinanita ē fides:
abolita eſt ꝓmiſſio. Lex. n.
irā opaᷓ. Ubi. n. non eſt lex
nec ꝑuaricatio. Jō ex fide:
vt ſʒ gr̄az firma ſit ꝓmiſſio
omni ſemini. Nō ei q ex le
ge eſt ſolū: ſed ⁊ ei qui ex fi
de eſt abrae qui pr̄ eſt oīum
noſtrū: ſic̄ ſcriptū eſt. Quia Gen̄.17.
patrē multaꝝ gentiū poſui
te añ deū cui credidiſti: q vi
uificat mortuos ⁊ vocat ea
q̄ nō ſunt: tāq̄ʒ ea que ſunt.
Qui contra ſpē in ſpē credi
dit: vt fieret pr̄ multaꝝ gen
tiū: ſʒ qꝺ dictū ē ei. Sic erit Gen̄.13.
ſemen tuū ſicut ſtelle celi ⁊ D
arena maris. Et nō īfirma
tus eſt in fide nec ꝯſiderauit
corp⁹ ſuū emortuū: cū iā fe
re centū eēt annoꝝ: ⁊ emor
tuā vuluam ſare. In repro
miſſione etiā dei nō heſita
uit diffidētia ſed ꝯfortat⁹ ē
fide: dans gloriā deo: pleniſ
ſime ſciens q2 q̄cūq̄ʒ ꝓmiſit
de⁹ potēs eſt ⁊ facere. Jō ⁊
reputatū eſt illi ad iuſticiā.
Nō ē aūt ſcriptū tm̄ ꝓpter
ipm: q2 reputatuʒ eſt illi ad
iuſticiā: ſʒ ⁊ ꝓpter nos qb⁹
reputabiᷓ credētib⁹ in eū: q
ſuſcitauit ieſum xp̄m dn̄m
noſtrū a mortuis: q tradit⁹ ē
propter delicta noſtra: ⁊ re
ſurrexit ꝓpter iuſtificationē
noſtram.
Cap. ſeq. Apl's oſ̄dit vir
tutē fidei in credentiū iuſti
ficatione: quoniaʒ regnauit
mors ab adam vſq̄ʒ ad chri
ſtum.

Iuſtificati ergo ex fide
pacē habeam⁹ ad deuȝ
per dn̄ȝ noſtrū ieſum xp̄m p
quē habem⁹ acceſſum p fidē
in grām iſtā: in qua ſtam⁹ ⁊
gloriamur in ſpe glorie filio
rum dei. Nō ſolū aūt: ſȝ ⁊
gloriamur in tribulatiōib⁹:
ſciētes q tribulatio patiētiā
a.1.a. opaꝛ: paciētia aūt ꝓbationē
ꝓbatio vo ſpem. Spes aūt
nō ꝯfundit qꝛ charitas dei
diffuſa eſt in cordib⁹ nr̄is p
ſp̄m ſctm̄ q dat⁹ eſt nobis.
Ut qd.n. xp̄s cū adhuc in
firmi eſſem⁹ ſm̄ tp̄s pro im
pijs mortu⁹ eſt? Uix.n. pro
iuſto qs moriꝛ. Nā pro bo
no forſitā qs audeat mori.
B Cōmēdat aūt charitatē ſuā
hebre. 9.d. de⁹ in nob: qm̄ ſi cū adhuc
1. Pe.3.d. pctōres eſſem⁹ ſm̄ tp̄s xp̄s
pro nobis mortu⁹ ē: multo
igiꝛ magis nūc iuſtificati in
ſanguine ipſi⁹ ſalui erim⁹ ab
ira p ip̄m. Si.n. cū inimici
eſſem⁹: recōciliati ſum⁹ deo
per mortē filij ei⁹ multo ma
gis recōciliati ſalui erim⁹ in
vita ipſi⁹. Nō ſolū aūt: ſed
⁊ gloriamur in deo p dn̄m
noſtrū ieſuȝ xp̄m: p quē nūc
recōciliationeȝ accepimus.
Propterea ſicut per vnū ho
minē in hūc mūdū intrauit
pctm̄: ⁊ p pctm̄ mors: ⁊ ita
in oēs hoīes mors ptrāſijt
ī quo oēs peccauerūt. Uſq
C ad legē.n. pctm̄ erat ī mun
do. Pctm̄ aūt nō īputabaꝛ:
cum lex nō eēt ſed regnauit
mors ab adā vſq ad moy
ſen: etiā in eos qui nō pecca
uerūt in ſimilitudinē p̄uari
catiōis ade qui eſt forma fu
turi. Sed nō ſicut delictū:
ita ⁊ donū. Si.n. vni⁹ deli
cto multi mortui ſunt: mul
to magis grā dei ⁊ donū in
grā vni⁹ hoīs ieſu xp̄i: ī plu
res abūdauit. Et nō ſic per
vnū pctm̄: ita ⁊ donū. Nā
iudiciū quidē ex vno in con
dēnationē: grā autē ex mul
tis delictis in iuſtificationē.
Si.n. vni⁹ delicto mors re
gnauit p vnū multo magis
abundātiā grē ⁊ donatiōis
⁊ iuſticie accipientes in vita
regnabūt p vnū ieſum xp̄ȝ.
Igiꝛ ſicut p vni⁹ delictū in D
oēs hoīes in cōdēnationē:
ſic ⁊ p vni⁹ iuſticiā ī oēs ho
mines in iuſtificationē vite.
Sicut.n. p inobediētiā vni⁹
hoīs pctōres cōſtituti ſunt
multi: ita ⁊ p vni⁹ obeditio
nē iuſti ꝯſtituenꝛ multi. Lex
aūt ſubintrauit: vt abunda
ret delictū. Ubi aūt abūda
uit delictū: ſupabundauit ⁊
grā: vt ſicut regnauit pctm̄
in mortē ita ⁊ grā regnet p
iuſticiā in vitā eternā: p ieſū
xp̄m dn̄m noſtrum.

¶ Cap. ſeq. Declarat apl's ī
peccatis nō eſſe manēdū: ⁊
q ſit virtuoſe opandū. 6

Quid ergo dicemus?
Manebim⁹ in pecca
to vt gratia abūdet? Abſit. A
Qui.n. mortui ſum⁹ pctō

q̄do adhuc viuem⁹ in illo?
An ignorat̄ fratres q2 qui
cūq3 baptizati ſum⁹ in xp̄o
ieſu in morte ipſi⁹ baptizati
ſum⁹? Cōſepulti.n.ſum⁹ cū
illo ꝑ baptiſmū in morte3:
vt q̄do xp̄s ſurrexit a mor-
tuis ꝑ gloriā p̄ris: ita ⁊ nos
Eph.4.c. in nouitate vite ambulem⁹.
Colo.3.b. Si.n.cōplātati facti ſum⁹
ſimilitudini mort̄ ei: ſimul
⁊ reſurrectionis erim⁹. Hoc
ſciētes q2 vet⁹ hō nr̄ ſimul
crucifix⁹ ē vt deſtruat̄ corp⁹
peccati: vt vltra nō ſuiam⁹
pctō. Qui.n.mortu⁹ eſt: iu
B ſtificat⁹ eſt a pctō. Si aute3
mortui ſum⁹ cu3 xp̄o: credi
mus q2 ſimul etiā viuemus
cū illo: ſcientes ꝙ xp̄s reſur
gēs ex mortuis iā nō morit̄
mors illi vltra non dn̄abit̄.
Qđ.n.mortuus eſt pctō:
mortuus eſt ſemel: ꝙ aūt vi
uit: viuit deo. Ita ⁊ vos exi
ſtimate vos mortuos q̄dē eē
pctō: viuētes aūt deo i xp̄o
ieſu. Nō ergo regnet pctm̄
in veſtro mortali corꝑe: vt
obediatis ꝯcupiſcentijs ei⁹.
S3 neq3 exhibeatis mēbra
veſtra arma iniq̄tatis pctō:
C ſ3 exhibete vos deo tāq̄ ex
mortuis viuentes ⁊ mēbra
vr̄a arma iuſticie deo. Pctm̄
enī vobis nō dn̄abit̄. Non
enī ſub lege eſtis: ſ3 ſub gr̄a.
Quid ergo? Peccabim⁹ q̄m
nō ſumus ſub lege: ſed ſub
gr̄a? Abſit. An neſcitis q̄m
cui exhibetis vos ſuos ad
obediēdū: ſui eſtis eius cui
obediſtis: ſiue pctī ad mor-
tē ſiue obeditionis ad iuſti-
ciā? Gr̄as aūt deo ꝙ fuiſtis
ſui peccati: obediſtis aūt ex
corde in eā formā doctrine
in qua traditi eſtis. Liberati
autē a pctō ſui facti eſtis iu D
ſticie. Humanū dico: ꝓpter
infirmitatē carnis vr̄e. Sic
enī exhibuiſtis mēbra veſtra
ſeruire imūdicie ⁊ iniquitati
ad iniq̄tatē: ita nūc exhibete
mēbra vr̄a ſuire iuſticie i ſcī
ficationē. Cū.n.ſui eſſetis Joh.8.d.
peccati: liberi fuiſtis iuſticie. Eſai.1.g.
Quē ergo fructū habuiſtis Ezech.36.[illegible]
tūc in illis: in qb⁹ nūc erube
ſcit̄. Nā finis illoꝝ mors
eſt. Nūc vō liberati a pctō:
ſerui aūt facti deo: habetis
fructū veſtrū in ſanctificati
onē: finē vero vitā eternā.
Stipēdia.n.pctī mors: gr̄a
aūt dei vita eterna: i chriſto
ieſu dn̄o noſtro.

¶ Cap. ſeq. Ponit ap̄ls ceſ
ſationē legis veteris que eſt
lex mortis: ⁊ tractat de lege
fomitis. 7

AN ignoratis fratres A
ſcientibus enī legem
loquor: q2 lex in hoīe dn̄at̄
quāto tp̄e viuit. Nā q̄ ſub .1.Cor.7.[illegible]
viro eſt mulier: viuente viro
alligata eſt legi. Si aūt mor
tuus fuerit vir eius ſoluta ē
a lege viri. Igit̄ viuēte viro
vocabitur adultera: ſi fuerit
cū alio viro: ſi aūt mortuus
fuerit vir eius: liberata eſt a

lege viri: vt nõ ſit adultera:
ſi fuerit cũ alio viro. Itaqʒ
fratres mei ⁊ vos mortifica
ti eſtis legi p̄ corpus xp̄i vt
ſcitis alterius: q ex mortuis
reſurrexit: vt fructificet᷑ deo
B Cũ enĩ eſſemus ĩ carne paſ
ſiones peccatoꝝ q̄ p̄ legem
erát opabant̃ in mẽbris no
ſtris: vt fructificarẽt morti.
Nũc aũt ſoluti ſumus a le
ge mortis in qua detineba
mur: ita vt ſuiamus in no
uitate ſpũs ⁊ nõ in vetuſta
te lr̃e. Quid ergo dicemus?
Lex pctm̃ eſt? Abſit. Sʒ pec
catũ nõ cognoui niſi p̄ legẽ.
Ná ↄcupiſcentiá neſciebaʒ
niſi lex diceret. Nõ cõcupi
xo.20.c. ſces: occaſiõe aũt accepta:
cut.5.b. pctm̃ p̄ mandatũ opatũ eſt
in me oẽm cõcupiſcentiaʒ.
Sine lege.n.pctm̃ mortuũ
erat. Ego aũt viuebá ſine le
ge aliqñ. Sed cum veniſſet
mádatũ: pctm̃ reuixit. Ego
aũt mortuus ſum ⁊ inuẽtũ
eſt mihi mádatũ: qd̃ erat ad
vitá: hoc eſſe ad mortẽ. Ná
pctm̃ occaſione accepta per
mandatũ ſeduxit me ⁊ per
illud occidit. Itaqʒ lex qdẽ
imo.1.b. ſancta: ⁊ mandatũ ſanctuʒ
⁊ iuſtũ ⁊ bonũ. Qd̃ ergo bo
nũ eſt. mihi factũ eſt mors?
Abſit. Sed pctm̃ vt appa
reat pctm̃ p̄ bonũ opatũ eſt
mihi mortem: vt fiat ſupra
modũ peccans peccatũ per
mandatũ. Scimus enim q̇
lex ſpiritalis eſt. Ego auteʒ
carnalis ſum: venũdat⁹ ſub
pctõ. Qd̃.n.opor nõ intel
ligo. Nõ.n.qd̃ volo bonũ:
hoc ago: ſʒ qd̃ odio malũ: B
illud facio. Si aũt qd̃ nolo
illud facio: ↄſentio legi qm̃
bona ẽ. Nũc aũt iá nõ ego
operor illud: ſed qd̃ habitat
in me pctm̃. Scio.n. q̇ nõ
habitat in me hoc eſt in car
ne mea bonũ. Ná velle ad
iacet mihi: pficere aũt bonũ
nõ inuenio. Non.n.qd̃ vo
lo bonũ hoc facio: ſʒ qd̃ no
lo malũ hoc ago. Si auteʒ
qd̃ nolo illud facio: iam nõ
ego operor illud: ſed qd̃ ha
bitat in me peccatũ. Inue
nio igit̃ legẽ volenti mihi fa
cere bonũ: qm̃ mihi malum
adiacet. Cõdelector enĩ legi
dei ſm̃ interiorẽ hominem.
Uideo aũt aliaʒ legẽ in mẽ
bris meis: repugnantẽ legi
mentis mee: ⁊ captiuantem
me in lege peti q̄ eſt in mẽ
bris meis. Infelix ego hõ:
qs me liberabit de corpore
mortis huius? Gratia dei p̄
ieſum xp̄m dñʒ noſtrũ. Igi
tur ego ipſe mente ſuio legi
dei: carne aũt legi peccati.

¶ Cap. ſeq. Oñdit legi chri
ſti eſſe firmiter adherendum
quoniá ſua lex: eſt lex vite ⁊
lex ſpiritus. S

NIhil ergo nũc dána A
tionis eſt his qui ſũt
in xp̄o ieſu qui nõ ſm̃ carnẽ
ambulant. Lex.n.ſpũs vite
in xp̄o ieſu: liberauit me a le

ge peccati ⁊ mortis. Nã qḋ
impoſſibile erat legi in quo
infirmabaṫ ꝑ carnẽ: deus fi-
liũ ſuũ mittẽs in ſimilitudi
nẽ carnis peccati: ⁊ de pctõ
dãnauit pctm̃ in carne: vt
iuſtificatio legis ipleret̃ ĩ no
bis: qui nõ ſm carnẽ ambu
lamus: ſ; ſm ſpm̃. Qui.n.
ſm carnẽ ſunt: q̃ carnis ſũt
ſapiunt: q vo ſm ſpm̃ ſunt:
que ſunt ſpũs ſentiũt. Nã
prudentia carnis mors eſt:
prudentia autẽ ſpũs vita ⁊
B par. Qm̃ ſapiẽtia carnis ini
mica eſt deo. Legi.n. dei nõ
eſt ſubiecta: nec.n. pot. Qui
aũt in carne ſunt deo place
re nõ pñt. Uos aũt ĩ carne
nõ eſtis: ſed in ſpũ ſi tñ ſpi
ritus dei habitat in vobis.
Si qs aũt ſpm̃ xp̃i nõ h;: h
nõ eſt eius. Si aũt xp̃s ĩ vo
bis eſt: corpus qdẽ mortuũ
eſt ꝑpter pctm̃: ſpũs vo vi-
uit ꝑpter iuſtificationẽ. Qḋ
ſi ſpũs eius qui ſuſcitauit ie
ſum a mortuis: habitat ĩ vo
bis q ſuſcitauit ieſum xp̃m a
mortuis: viuificabit ⁊ mor-
talia corpa vr̃a: ꝑpter inha
bitantẽ ſpm̃ eius in vobis.
Ergo fratres debitores ſu-
mus: nõ carni vt ſm carnẽ
viuamus. Si.n. ſm carne;
C vixeritis: moriemini: ſi autẽ
ſpũ facta carnis mortifica-
ueritis viuetis. Quicũq;.n.
ſpũ dei agũt̃: hi ſũt filij dei.
2. Thi. 1. b. Nõ.n. accepiſtis ſpm̃ ſuitu
tis iterũ in timore: ſed acce-

piſtis ſpm̃ adoptiõis filiorũ
dei: in quo clamamus abba Gala. 4. a.
pater. Ipſe.n. ſpũs teſtimo
niũ reddit ſpiritui nr̃o: ꝙ ſu
mus filij dei. Si autẽ filij ⁊
heredes: hedes qdẽ dei: co- 1. Cor. 12. b.
heredes autẽ xp̃i: ſi tñ cõpa Heb. 4. d.
timur vt glorificemur. Exi- D
ſtimo.n. ꝙ nõ ſunt ꝯdigne
paſſiones huius tp̃is ad fu-
turã gloriã q̃ reuelabit̃ ĩ no
bis. Nã expectatio creatu-
re reuelationẽ filiorũ dei ex-
pectat. Uanitati.n. creatu-
ra ſubiecta eſt nõ volens: ſ;
ꝑpter eũ qui ſubiecit eã: in
ſpe: q; ⁊ ipſa creatura libera
bit̃ a ſuitute corruptiõis in
libertatem glorie filiorũ dei.
Scim⁹ enĩ: ꝙ oĩs creatura
ĩgemiſcit ⁊ parturit vſq; ad
huc. Nõ ſolũ aũt illa ſed ⁊
noſipſi primitias ſpũs ha-
bentes: ⁊ ipſi intra nos ge- E
mimus adoptionẽ filiorum
dei: expectãtes redẽptione;
corpis nr̃i. Spe.n. ſalui fa-
cti ſumus. Spes aũt q̃ vr̃:
nõ eſt ſpes. Nã qḋ videt qs
qd ſperat? Si aũt qḋ nõ vi-
demus: ſperamus: ꝑ patien
tiã expectamus. Similiter
aũt ⁊ ſpũs adiuuat infirmi
tatẽ noſtrã. Nã qd oremus
ſicut oportet neſcimus ſed
ipſe ſpũs poſtulat pro nob
gemitibus inenarrabilibus.
Qui aũt ſcrutat̃ corda: ſcit
qd deſideret ſpũs q; ſ; deũ
poſtulat pro ſanctis. Sci-
mus aũt qm̃ diligẽtib⁹ deũ

oĩa coopant̃ in bonũ: his q
ſm ppoſitũ vocati ſũt ſcti.
F Nã quos pſciuit: ⁊ predeſti
nauit cõformes fieri imagi-
nis filij ſui: vt ſit ipſe pmo-
genitus in multis fratrib⁹.
Quos aũt pdeſtinauit: hos
⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit:
hos ⁊ iuſtificauit. Quos ãt
iuſtificauit: illos ⁊ magnifi-
cauit. Quid ergo dicem⁹ ad
hec? Si deus pro nobis: qs
cõtra nos? Qui etiã pprio
filio ſuo nõ pepcit: ſed pro
nobis oib⁹ tradidit illum.
Qũo nõ etiã cũ illo oĩa no
bis dõauit? Quis accuſabit
aduerſus electos dei. De⁹ q
iuſtificat? Quis ẽ q ɔdẽnet?
Chriſtus ieſus q mortu⁹ ẽ.
imo q ⁊ reſurrexit: qui ẽ ad
G dexterã dei: q etiã iterpellat
pro nobis. Quis ergo nos
ſepabit a charitate xpi? Tri-
bulatio an anguſtia: an fa
mes: an nuditas: an pericu
lũ: an pſecutio: an gladius?
Ps. 43. Sicut ſcriptum eſt. Quia
ppter te mortificamur tota
die: eſtimati ſumus ſicͭ oues
occiſionis. Sed in his oĩb⁹
ſupam⁹: ppter eũ q dilexit
nos. Certus ſum enim: qa
neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ
angeli: neqꝫ pncipat⁹: neqꝫ
virtutes: neqꝫ inſtãtia: neqꝫ
futura: neqꝫ fõtitudo: neqꝫ
altitudo: neqꝫ pfũdũ: neqꝫ
creatura alia poterit nos ſe
parari a charitate dei q̃ ẽ in
chriſto ieſu dño nr̃o.

¶ Cap. ſeq. Dolet apl's de
iudeoꝝ obſtinatione ⁊ iu-
deos promiſſione patrẽ nõ
eſſe fruſtratos oſtendit: ⁊ gẽ
tiles vocatos eſſe comme-
morat. 9

Veritatẽ dico in xpo ie
ſu: nõ mẽtior teſtimo A
niũ mihi phibente cõſciẽtia
mea in ſpũſctõ: qm̃ triſticia
mihi magna eſt: ⁊ cõtinu⁹
dolor cordi meo. Optabaꝫ
eni ego ipſe anathema eẽ a
xpo pro fratribus meis qui
ſunt cognati mei ſm carnẽ
qui ſunt iſraelite: quoꝝ ad-
optio eſt filioꝝ: ⁊ gloria ⁊ te
ſtamentũ ⁊ legiſlatio ⁊ obſe
quiũ ⁊ promiſſa: quoꝝ pa-
tres ex qbus eſt xps ſm car-
nẽ: q eſt ſup oĩa de⁹ bñdict⁹ .S.1.C.
in ſecula amẽ. Nõ autẽ ꝙ B
exciderit verbũ dei. Nõ. n.
oẽs q ex circunciſione ſunt
iſrael: hi ſunt iſraelite: neqꝫ
qui ſemẽ ſunt abrae oẽs fi-
lij. Sed in yſaac vocabit̃ ti Gen. 21. b.
bi ſemẽ. i. nõ qui filij carnis Gala. 4. d.
hi filij dei: ſꝫ q filij ſunt pro
miſſionis: eſtimant̃ in ſemi-
ne. Promiſſionis eni v̂buꝫ Gen. 18. b.
hoc eſt. Scdm hoc tps ve-
niã ⁊ erit ſare filius. Nõ ſo
lũ aũt illa: ſed ⁊ rebecca ex Gen. 25. c.
vno ɔcubitu hñs yſaac pa- C
tris nr̃i. Cũ eni nondũ nati
fuiſſent: aut aliqd boni egiſ
ſent aut mali: vt ſm electio
nẽ propoſitũ dei maneret:
nõ ex opibus ſed ex vocãte
dictũ eſt ei: qr maior ſuiet Gen. 25. c.

Mala.1.a. minoꝛi: ſicͤ ſcriptū ē. Jacob
diſexi: eſau aūt odio habui.
Quid ergo dicemus? Nū-
qd iniquitas apd deū? Ab-
ſit. Moyſi.n.dicit. Miſere-
Exo.32.d. boꝛ cui miſertꝰ ſum: ⁊ miſi-
coꝛdiā pſtabo cui miſeboꝛ.
Igit nō volentis: neqȝ cur
rentis: ſed miſerētis eſt dei.
D Dicit.n.ſcriptura pharaōi.
Exo.9.d. Quia in hoc ipſuȝ excitaui
te vt oſtēdā in te vtutē meā
⁊ vt annunciet nomē meuȝ
in vniuerſa terra. Ergo cuiꝰ
vult miſet: ⁊ quē vult indu
rat. Dicis itaqȝ mihi. Quid
E adhuc qrit? Volūtati.n.eiꝰ
qs reſiſtit? O hō: tu q es: q
Eſa.45.b. rñdeas deo? Nūqd dic fig-
mētū ei q ſe finxit: qd me fe-
Hie.18.a. ciſti ſic? An nō hȝ ptātē fi-
gulus luti ex eadē maſſa fa-
cere aliud qdē vas in hono
rem: aliud vo in ɔtumeliā?
Qd ſi deus volens oſtdere
irā ⁊ notā facere potentiaȝ
ſuā ſuſtinuit in multa patiē
tia vaſa ire apta in interitū:
vt oſtderet diuitias gloꝛie
ſue in vaſa miſicoꝛdie q pre
parauit in gliā. Quos ⁊ vo
cauit nō ſolū ex iudeis ſed
etiā ex gētibꝰ: ſicut i oſee di
Oſee.2.d. cit. Vocabo nō plebē meā:
.1. Pe.2.b. plebē meā: ⁊ nō dilectā: di
F lectā ⁊ nō miſicoꝛdiā cōſe
cutā: miſicoꝛdiā ɔſecutaȝ.
Et erit in loco vbi dictū eſt
eis non plebs mea vos: ibi
vocabunt filij dei viui. Eſa
ias autē clamat pro iſrael.

Si fuerit numerus filioꝛuȝ Eſa.10.
iſrael tāqȝ arena maris: reli
quie ſalui fient. Verbū eniȝ
cōſūmans ⁊ abbreuians in
equitate: qꝛ verbū breuiatū
faciet dñs ſup terrā. Et ſic Eſai.1.c
predixit eſaias: niſi dñs ſa-
baoth reliqſſet nobis ſemē
ſicut ſodoma facti eſſemus
⁊ ſicut gomoꝛa ſimiles fuiſ
ſemus. Quid ergo dicemꝰ?
Qd gentes q nō ſectabant G
iuſticiā: apprehenderūt iuſti
ciā: iuſticiā aūt q ex fide eſt:
iſrael vo ſectando legē iuſti
cie in legē iuſticie nō perue- D
nit. Quare? Quia nō ex fidē
ſed quaſi ex opibus. Offen-
derunt.n.in lapidē offenſio
nis ſicut ſcriptū ē. Ecce po Eſai.28.
no in ſion lapidē offenſiōis
⁊ petrā ſcandali: ⁊ oīs q cre
dit in eū nō cōfundetur.
¶Cap.ſeq. Orat apl's p iu
deis oſtdēs q iuſticia faciēs
dignū vita eterna: ſolū ex le
ge ⁊ fide xpi. 10
FRatres: volūtas qdē A
coꝛdis mei ⁊ obſecra
tio ad deū fit pro illis in ſa-
lutē. Teſtimoniū eni perhi
beo illis q emulationē qdē
dei hñt ſȝ nō ſcdm ſcientiā.
Ignoꝛantes.n.iuſticiā dei
⁊ ſuā qrentes ſtatuere: iuſti-
cie dei nō ſunt ſubiecti. Fi-
nis eni legis xps: ad iuſticiā B
omni credenti. Moyſes.n.
ſcripſit qm iuſticiā que ex le
ge eſt: qui fecerit hō viuet in Leui.18.
ea. Que aūt ex fide eſt iuſti-

ciſa ſic dicit. Ne dixeris in
u.30.c. corde tuo: qs aſcēdet in ce
lū.i.xp̄m deducere: aut qs
deſcēdet in abyſſum: hoc ē
xp̄z a mortuis reuocare. Sz
idem. qd dicit ſcriptura? Prope ē
verbū in ore tuo ꝛ in corde
tuo. Hoc ē v̄bū fidei qd pre
dicamus: q2 ſi cōfitearis in
ore tuo dn̄z ieſuz: ꝛ i corde
tuo credideris ꝙ de⁹ illū ſu
ſcitauit a mortuis: ſaluus
eris. Corde.n.credit̄ ad iu-
ſticiā: ore aūt ꝯfeſſio fit ad
a.28.b. ſalutem. Dicit.n.ſcriptura.
C Oīs q credit in illū: nō cō
fundet̄. Nō.n.ē diſtinctio
Cor.8.b. iudei ꝛ greci. Nā idē dn̄s
hel.2.g. oīuz: diues i oēs q inuocāt
ar.13.c. illū. Oīs.n.qcūq3 inuoca-
ct.2.a. uerit nomē dn̄i ſaluus erit.
Quō ergo iuocabūt: i quē
nō crediderūt? Aut quō cre
dēt ei: quem nō audierūt?
Quō audiēt ſine p̄dicante?
Quō v̄o p̄dicabūt: niſi mit
ſa.52.b. tant̄: ſicut ſcriptū ē. Quam
aum.1.b ſpecioſi pedes euāgelizātiū
pacē: euāgelizātiū bōa. Sz
nō oēs: obediūt euāgelio.
ai.53.a. Eſaias.n.dicit. Dn̄e qs cre
h.12.f. didit auditui nr̄o? Ergo fi-
D des ex auditu: auditus aūt
s.18. p verbū xp̄i. Sz dico. Nū-
qd nō audierūt? Et qdē in
oēm terrā exiuit ſonus eo-
rū ꝛ in fines orbis terre ver
ba eoꝝ. Sed dico. Nūqd
iſrael nō cognouit? Prim⁹
u.32.c. moyſes dicit. Ego ad emu
lationē vos adducā in oēm

gentē: i gētē inſiplētē: i irā
vos mittā. Eſaias aūt au- Eſa.65.a.
dit ꝛ dicit. Inuētus ſum a
nō querētib⁹ me: palā appa
rui his q me nō interroga-
bāt. Ad iſrael āt dicit. To
ta die expādi manus meas
ad ppl'm nō credētē: ſed cō
tradicentem mihi.

¶ Cap.ſeq. Reprimit apo-
ſtolus inſultationē gētiliuz
cōtra iudeos ꝛ ponit iudeo
rū p̄ntez excecationē: ꝛ cō-
cludit̄ profunditas ſapien-
tie diuine. .xi.

Dico ergo. Nūqd de A
us repulit ppl'z ſuū?
Abſit. Nam ꝛ ego iſraelita
ſuz ex ſemie abraā de tribu
beniamin. Nō repulit de⁹
plebē ſuā quaz p̄ſciuit. An
neſcitis in helia qd dicit ſcri
ptura: quēadmodū iterpel-
lat deū aduerſū iſrael. Dn̄e 3.re.19.b.
pphetas tuos occiderūt: al
taria tua ſuffoderūt: ꝛ ego Ibidem.
relictus ſuz ſolus: ꝛ querūt
aīam meaz. Sz qd dicit illi
diuinū rn̄ſum? Reliq mihi
ſeptē milia viroꝝ: q nō cur-
uauerūt gēua an̄ baal. Sic
ergo ꝛ in h̄ tp̄e reliq̄e ſcd̄m
electionē gr̄e dei ſalue facte
ſūt. Si āt gr̄a iā nō ex opi-
bus. Alioqn gr̄a iā non eſt
gr̄a? Quid ergo? Qd q̄rebat
iſrael hoc nō ē ꝯſecut⁹: ele
ctio āt cōſecuta ē: ceteri v̄o
excecati ſūt ſicut ſcriptū ē.
Dedit illis de⁹ ſpūm cōpū- B Eſa.6.c.
ctionis oculos vt nō vide-

ant: ⁊ aures vt nõ audiant
vſqꝫ in hodiernũ diẽ. Et da
Pſ.68. uid dicit. Fiat mẽſa eoꝝ co
rã ipſis in laqueũ: ⁊ ĩ captio
nẽ ⁊ in ſcãdalũ ⁊ ĩ retribu-
tionẽ illis. Obſcurent ocli
eorũ ne videãt: ⁊ dorſũ eoꝝ
ſꝑ incurua. Dico ergo. Nũ
qd ſic offenderunt vt cade-
rẽt? Abſit. Sed illoꝝ deli-
cto ſalus ẽ gentib⁹ vt illos
emulent. Nõ ſi delictũ illo
rũ diuitie ſũt mũdi ⁊ dimi-
nutio eoꝝ diuitie gẽtiũ: q̃-
to magis plenitudo eorũ:
Uobis .n. dico gentibus.
Quãdiu qdẽ ego ſuꝫ gẽtiuꝫ
aplus miniſteriũ meũ hono
rificabo: ſi quo mõ ad emu
lãdũ ꝓuocẽ carnẽ meam ⁊
ſaluos faciã aliquos ex ill'.
Si .n. amiſſio eoꝝ recõcilia
tio ẽ mũdi: q̃ aſſumptio niſi
vita ex mortuis? Nõ ſi deli
batio ſancta ẽ: ⁊ maſſa. Et
C ſi radix ſancta ⁊ rami. Nõ
ſi aliq ex ramis fracti ſũt: tu
aũt cũ oleaſter eẽs inſertus
es in illis: ⁊ ſocius radicis
⁊ pinguedinis oliue factus
es noli gloriari aduerſus ra
mos: ꝙ ſi gloriaris: non tu
radicẽ portas: ſed radix te.
Dicis ergo. Fracti ſũt rami
vt ego inſerar. Bñ ꝑ icre-
dulitatẽ fracti ſunt. Tu ãt
fide ſtas. Noli altũ ſape: ſꝫ
time. Si .n. de⁹ naturalib⁹
ramis ñ pepcit: ne forte nec
tibi parcat: vide ergo boni-
tatẽ ⁊ ſeueritatẽ dei. In eos
qdẽ q ceciderũt ſeueritateꝫ:
in te aũt bonitatẽ dei: ſi ꝑ-
mãſeris ĩ bonitate. Alioqn
⁊ tu exciderís. Sꝫ ⁊ illi ſi ñ
ꝑmãſerint in incredulitate
inſerent. Potẽs ẽ .n. de⁹ ite
rũ inſerere illos. Nã ⁊ ſi tu
ex naturali exciſus es olea-
ſtro ⁊ ꝯtra naturã inſert⁹es
in bonã oliuã: quãto magis
hi q ſm naturã inſerent ſue
oliue? Nolo .n. vos ignora
re frẽs myſteriũ hoc ut non
ſitis vobiſipſis ſapiẽtes: qꝛ
cecitas ex ꝑte cõtingit ĩ iſrl'
donec plenitudo gẽtiũ ĩtra
ret: ⁊ ſic oĩs iſrael ſalu⁹ fie- D
ret: ſicut ſcriptũ ẽ. Ueniet Eſa.59.d.
ex ſion: q eripiat ⁊ auertat ĩ
pietatẽ ab iacob. Et hoc il-
lis a me teſtamẽtũ: cũ abſtu
lero pctã eoꝝ. ſcõm euãgeli
um qdẽ inimici ꝑꝑ vos: ſm
electionẽ aũt chariſſimi ꝑꝑ
patres. Sine penitẽtia .n.
ſũt dona ⁊ vocatio dei. Sicut
enĩ aliqñ ⁊ vos nõ credidi-
ſtis deo: nũc aũt miſericor-
diã ꝯſecuti eſtis ꝑꝑ incredu
litatẽ illoꝝ: ita ⁊ iſti nũc nõ
crediderũt in veſtrã miſeri-
cordiã: vt ⁊ ipſi miſericordi
am ꝯſequant. Cõcluſit eniꝫ
deus oĩa incredulitate: vt
oĩum miſereat. O altitudo
diuitiarũ ſapie ⁊ ſciẽtie dei:
q̃ĩcõprehenſibilia ſũt iu-
dicia ei⁹ ⁊ iueſtigabiles vie
ei⁹. Quis .n. cognouit ſen- Sap.9.c.
ſuꝫ dñi: aut qs ꝯſiliari⁹ eius Eſa.40.c.
fuit? Aut qs prior dedit il- .1.Cor.2.

li: ⁊ retribuet ei? Qm ex ipo
⁊ per ipʒ ⁊ in ipſo ſunt oia:
16.d. ipſi honor ⁊ gloria i ſecula
ſeculorum. Amen.
¶ Cap. ſeq. Inſtruit aplus
romanos tā in his q̄ ſunt
ad deum q̄ in his que ſunt
ad proximum. 12
A O Bſecro itaqʒ vos fra
hil.4.d. tres p miſericordiam
dei vt exhibeatis corpa vr̄a
hoſtiā viuētē: ſctāʒ: deo pla
cētē: rōnabile obſequiū ve-
ſtrū. Et nolite ꝯformari hu
ic ſeclo: ſed reformamini in
ph.5.d. nouitate ſenſus vr̄i vt ꝓbe
.Teſ.4.a tis q̄ ſit volūtas dei bona ⁊
beneplacēs ⁊ pfecta. Dico
eni p grāʒ q̄ data ē mihi oi-
bus q ſūt iter vos: nō plꝰ
ſape q̄ opʒ ſape: ſed ſape ad
B ſobrietatē ⁊ vnicuiqʒ ſic de-
Co.12.b. us diuiſit mēſurā fidei. Sic
ph.4.a. eni in vno corpe multa mē
bra habemus: oia mēbra ñ
eūdē actū habēt: ita multi
vnū corpus ſumus in xp̄o
ſinguli aūt alter alterius mē-
bra habentes donatiōes ſʒ
grām q̄ data ē nobis differē
tes. Siue ꝓphetiā: ſm rō-
nē fidei. Siue miſteriū i mi
niſtrādo. Siue q docet i do
ctrina. Qui exhortat: in ex
hortādo. Qui tribuit i ſim-
C plicitate. Qui pēſt: in ſolli-
citudine. Qui miſeret: i hi-
laritate. Dilectio: ſine ſimu-
mos.5.a. latione. Odiētes malū: ad-
ph.4.c. herētes bono. Charitatem
.Pe.2.c. fraternitatis inuicē diligen-

tes: honore inuicē puenien- .1.Pe.5.b.
tes. Sollicitudie nō pigri:
ſpū feruētes: dn̄o ſeruiētes.
Spe gaudētes i tribulatiōe
patiētes: orationi inſtātes.
Neceſſitatibꝰ ſanctoꝝ com
municātes. hoſpitalitatē ſe Heb.13.a.
ctātes. Bn̄dicite pſequēti-
bus vos. Bn̄dicite ⁊ nolite
maledicere. Gaudere cū ga
udētibus: flere cū flentibꝰ.
Idipſuʒ inuicē ſentientes.
Nō alta ſapiētes: ſed hūili D
bus ꝯſentiētes. Nolite eſſe
prudētes apd̄ voſmetipſos.
Nulli malū pro malo red- Prouē.3.a.
dentes ꝓuidētes bona: nō Eſa.5.e.
tm̄ corā deo: ſed etiā coram Puer.20.c.
oibꝰ hoibꝰ. Si fieri pōt qd̄ .1.Pe.3.b.
ex vobis eſt: cū oibꝰ hoibꝰ .2.Cor.8.d.
pacē hn̄tes. Nō voſmetip- Hebr.12.d.
ſos defendētes chariſſimi: Deu.32.e.
ſed date locū ire. Scriptuʒ Hebr.10.f.
eſt eni. Mihi vidictā: ⁊ ego Puer.25.c.
retribuā: dicit dn̄s. Sed ſi
eſurierit inimicꝰ tuus ciba
illū: ſi ſitit potū da illi. Hoc
eni faciens carbones ignis
ꝯgeres ſuper caput eiꝰ. No
li vinci a malo: ſed vince in
bono malum.
¶ Cap. ſeq. Docet aplus mi
nores obedire ſuperioribꝰ p
ſubiectiōeʒ ⁊ dilectionē. 13
O Mnis aīa poteſtatibꝰ A
ſublimioribꝰ ſubdita Sap.6.a.
ſit. Nō eſt enim ptās niſi a
deo. Que autē ſūt a deo or
dinata ſunt. Itaqʒ q reſiſtit
ptāti: dei ordinatiōi reſiſtit.
Qui aūt reſiſtūt: ipſi ſibi dā

nationē acqrunt. Nā prin-
cipes nō ſūt tiori bōi opis
ſed mali. Uis aūt nō time-
B re poteſtatē? Bonum fac: ⁊
habebis laudeꝫ ex illa. Dei
enim miniſter eſt tibi in bo-
nū. Si aūt malū feceris: ti-
me. Nō eniꝫ ſine cauſa gla
diū portat. Dei enim mini-
ſter eſt: vindex in irā ei q ma
lū agit. Ideoqꝫ neceſſitate
ſubditi eſtote: non ſolū pro
pter irā: ſed etiā pp cōſcien
tiā: Ideo enim ⁊ tributa p-
ſtatis. Miniſtri enī dei ſūt:
Mat.22.c. in hoc ipſuꝫ ſeruiētes. Red
dite ergo oībus debita. Cui
tributum tributū: cui vecti
gal vectigal: cui timorē tīo
rem: cui honorē honorem.
C Nemini qcq̄ʒ de beatis niſi
vt inuicē diligatis. Qui enī
diligit proximū: legē imple
Deut.5.b. uit. Nam nō adulterabis:
non occides: non furabe-
ris: non falſum teſtimoniū
dices: non concupiſces: ⁊ ſi
quod eſt aliud mandatum:
Leui.19.b. in hoc verbo inſtaurat̄ dili-
Mat.22.d. ges proximū tuū ſicut teip-
Gal.5.c. ſum. Dilectio ꝓximi malū
Jaco.2.b. non opat̄. Plenitudo ergo
D legis eſt dilectio. Et hͦ ſcien
tes tps: qꝛ hora ē iā nos de
ſōno ſurgē. Nūc. n. ꝓpior
eſt nr̄a ſalꝰ: q̄ʒ cū credidimꝰ.
Nox pceſſit: dies āt appro-
piquauit. Abiiciamus ergo
opa tenebraꝝ ⁊ iduamur ar
ma lucis: ſicut i die honeſte
Luce.21.g. ambulemꝰ. Nō in comeſſa
tionibus ⁊ ebrietatibus: nō
in cubilibus ⁊ ipudicitiis:
non in cōtētione ⁊ emula-
tione: ſed induimini dn̄ꝫ ie-
ſum chriſtū ⁊ carnis curaꝫ Gal.5.c.
ne feceritis in deſideriis. .1.Pe.2.b.
¶ Capi. ſeq. Aplus maio-
res hortatur ne iferiores cō
tēnent aut eos ſcandalizēt:
ſꝫ eos pacifice edificēt. 14
I Nfirmū aūt in fide aſ- A
ſumite: nō in diſcepta-
tionibꝰ cogitationū. Alius
enim credit manducare ſe
oīa. Qui aūt ifirmus ē olꝰ
manducet. Is q mādūcat:
nō māducātē nō ſpernat: ⁊
q non manducat: mandu-
cantem nō iudicet. Deꝰ enī
illū aſſumpſit. Tu qs es q Jaco.4.c.
iudicas alienū ſeruū? Dn̄o
ſuo ſtat aut cadit. Stabit
aūt. Poteſt eſt enim deꝰ ſta-
tuere illū. Nā alius iudicat
diē inter diē: alius aūt iudi-
cat oēm diē. Unuſqſqꝫ in
ſuo ſenſu abundet. Qui ſa-
pit diē: dn̄o ſapit: ⁊ qui mā
ducat: dn̄o māducat. Grāſ B
enim agit deo. Et q nō mā
ducat: dn̄o nō māducat: ⁊
grāſ agit deo. Nemo. n. no
ſtrū ſibi viuit: ⁊ nemo ſibi
morit̄. Siue. n. viuimꝰ: dn̄o
viuimꝰ: ſiue morimur: dn̄o
morimur. Siue ergo viui-
mus: ſiue morimur: dn̄i ſu-
mus. In hoc. n. xp̄s mor-
tuꝰ ē ⁊ reſurrexit: vt ⁊ viuo
rū ⁊ mortuoꝝ dn̄et̄. Tu aūt Jaco.4.c.
qd iudicas frēm tuū? aut tu

q̄re ſpernis frēm tuū? Oēs
enim ſtabimus an̄ tribunal
Iſa.45.d. xpi. Scriptum eſt enim. Ui
Phi.2.b. uo ego dicit dn̄s: qm̄ mihi
.Cor.2.b. flectet omne genu: ⁊ oīs lin
C gua confitebit deo. Itaqꝫ
vnuſqſqꝫ noſtrū pro ſe rōeʒ
reddet deo. Nō ergo ampliꝰ
inuicē iudicemus. Sʒ hoc iu-
dicate magis ne ponatis of-
fendiculū fratri vł ſcādalū.
Scio ⁊ ꝯfido in dn̄o ieſu:
qꝛ nihil cōmune ꝑ ipm̄: niſi
ei qui exiſtiat qd cōe eē: illi
cōmune eſt. Si.n. ꝑꝑ cibuʒ
frater tuus contriſtat̄: iā nō
ſm̄ charitatē ambulas. No
li cibo tuo illū perdere: pro
quo xp̄s mortuꝰ eſt. Nō er-
go blaſphemet̄ bonū nr̄m.
Nō eſt enī regnuʒ dei eſca
⁊ potus: ſed iuſticia ⁊ pax
⁊ gaudiū ī ſpū ſctō. Qui.n.
in hoc ſuit xp̄o: placet deo:
D ⁊ ꝓbatꝰ ē hoībꝰ. Itaqꝫ que
pacis ſunt: ſectemur: ⁊ que
edificatiōis ſūt in inuicē cu
ſtodiamus. Noli ꝑꝑ eſcam
Tit.1.d. deſtruere opus dei. Oīa q-
dem ſūt mūda: ſed malū eſt
hoī q ꝑ offendiculū mādu-
2.Cor.8.d. cat. Bonū eſt nō māducare
carnē ⁊ nō bibē vinū: neqꝫ
in quo fr̄ tuus offendit̄ aut
ſcandalizatur aut infirmat̄.
Tu fidē quā hēs penes te-
metipʒ: habe corā deo. Bea
tus q nō iudicat ſemetipm̄
in eo qđ ꝓbat. Qui aūt di-
ſcernit: ſi māducauerit dam
natus eſt: quia non ex fide.
Omne aūt quod non eſt ex
fide: peccatum eſt.
¶ Ca. ſeq. Hortat̄ maiores
apl's vt infirmos ſuſtineāt
⁊ eos in bonū ꝓmoueāt ac
ſe excuſat apl's cur romāos
corporalr̄ nō viſitauerit. 15
Debemus aūt nos fir A
miores ībecillitates
infirmoꝝ ſuſtinere: ⁊ nō no
bis placere. Unuſqſqꝫ vr̄uʒ
ꝓximo ſuo placeat in bonū
ad edificationē. Etenī xp̄s
nō ſibi placuit: ſʒ ſicut ſcri-
ptū ē. Improperia īproperā- Ps.68.
tiū tibi ceciderūt ſuper me.
Quecūqꝫ.n. ſcripta ſūt: ad
nr̄aʒ doctrinā ſcripta ſunt:
vt ꝑ patientiā ⁊ ꝯſolationē
ſcripturaꝝ ſpē hēamꝰ. Deꝰ B
aūt patiētie ⁊ ſolatij det vo
bis idipm̄ ſapē in alterutrū
ſm̄ ieſuʒ xp̄m: vt vnanimes
vno ore honorificetis deū ⁊
prēʒ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Propt̄
qđ ſuſcipite inuicē ſicͤ ⁊ xp̄s
ſuſcepit vos in honorē dei.
Dico.n. xp̄m ieſuʒ miniſtrū
fuiſſe circūciſiōis ꝑꝑ vitatē
dei ad ꝯfirmādas ꝓmiſſio-
nes patrū: gētes aūt ſuꝑ mi
ſericordia honorare deū: ſicͭ
ſcriptū eſt. Propterea ꝯfite- .2.Re.22.d
bor tibi in gētibꝰ dn̄e: ⁊ noī C Ps.17.
tuo cantabo. Et iteꝝ dicit. Ps.116.
Letamini gētes cū plebe eiꝰ
Et iteꝝ. Laudate oēs gētes
dn̄m: ⁊ magnificate eū oēs
ppli. Et rurſus Eſaias ait:
Et erit radix ieſſe ⁊ q exur- Eſa.11.c.
get regere gētes: ī eū gētes

ſpabūt. De⁹ āt ſpei repleat
vos oī gaudio ⁊ pace ī cre-
dēdo vt abūdetis ī ſpe ⁊ vir
tute ſpūſſcti. Certus ſū aūt
frēs mei ⁊ egoipe de vobis:
qm̄ ⁊ ipſi pleni eſtis dilectio
D ne: repleti omni ſcīa: ita vt
poſſitis alterutrū mouere.
Audacius āt ſcripſi vobis
